



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1063. Usque Ad Annum 1100

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1761

VD18 90117964

§. 44. Aliæ in Hispania causæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66363](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66363)

Sæculum XI. eum in Hispania Vicarium suum, revo-
 A.C. 1088. cato Richardo, declaravit.

§. XLIV.

Alicæ in Hispania Causæ.

to. 10. Conc. Urbanus Papa data simul ad Regem Al-
 p. 458. phonsum epistola, certiore facit
 privilegii, Bernardo Archiepiscopo con-
 cessi, seque Toletum antiquæ dignitati
 postliminio restituisse. Hortatur, ut Ar-
 chiepiscopo sicut filius parenti obediat,
 ejusque Ecclesiam tueatur. Tum sub-
 jungit: *Pervenit ad aures nostras, quod
 sine gravi dolore audire nequivimus, Epi-
 scopum scilicet S. Jacobi a te captum, &
 in custodia detentum te jubente a Dignita-
 te Episcopali depositum. Quod legibus
 Ecclesiasticis omnino adversari noveris.
 Neque id a Richardo Cardinali factum ex-
 cuses, quem Victor III. Papa Legati pote-
 state privaverat. Nunc ergo tibi man-
 damus, ut hunc Episcopum suæ Dignitati
 restituas, & cum Legatis tuis ad nos mit-
 tas canonicum Judicium subiturum. Sin
 autem, nos invitos ad ea contra Dilectio-
 nem tuam facienda compelleres, quæ nos
 quoque facere nollemus.*

Episcopus S. Jacobi, cujus hic men-
 tio fit, erat Diego, cui Sanctius Rex, Al-
 phonso Antecessor, Episcopatum Irien-
 *Iria Flavia, sem * (in hujus Ecclesiæ Cathedralis Dice-
 cesi Compostella posita erat) contulerat.

Is no-

KIII.

Is nobilissimo quidem genere ortus, us-
 que adeo negotiis occupabatur, ut Sacro
 Ministerio satis vacare non posset. Eum
 igitur Alphonfus, incertum qua ex cau-
 sa, carceri tradi iussit, unde magni mo-
 tus in illa Ecclesia excitati. Ut se autem
 extricaret Alphonfus, alium Episcopum
 Diegoni sufficere molitus est, opportuna
 usurus occasione, cum Concilium ad S.
 Mariam, quam accolæ *de Fuselles* appel-
 labant, præsidente Richardo Legato, Ab-
 bate S. Victoris, ageretur. Ergo quos-
 dam e suis ad Diegonem Episcopum se-
 creto mittit, qui denunciarent; si e car-
 cere liberari cuperet, nullam aliam re-
 stare viam, quam ut in Concilio reum
 se confiteretur. Ita Regis animum pla-
 cari posse. Diego passus est se permo-
 veri; Rex in Concilium procedit, & in-
 troduci jubet Episcopum, qui annulo &
 pedo manibus Legati traditis, populo au-
 diente, se Episcopatu indignum professus
 est. Tum Legato declarante Diegonem
 Dignitate Episcopali esse privatum, &
 licere alium sufficere, protinus quidam
 Abbas, nomine Petrus, a Rege designa-
 tus, Episcopus Iriensis eligitur & ordina-
 tur. Is vero hanc Sedem ultra duos an-
 nos non tenuit.

Eodem anno millesimo octogesimo
 octavo, Artaldus, electus Episcopus El-
 nensis in Comitatu Ruscinonensi Romam
 venit,

Sæculum XI.
 A.C. 1085.
 Hist. Com-
 post. M. S.

revo-
 m Al-
 facit
 o con-
 nitati
 ut Ar-
 ediat,
 a sub-
 quod
 Epi-
 n, &
 nita-
 gibus
 veris.
 m ex-
 pote-
 man-
 titati
 mit-
 Sin-
 ctio-
 e nos
 men-
 Al-
 cien-
 Dice-
 erat,
 no-

Sæculum XI. venit, petens ab Urbano Papa Consecra-
 A.C. 1088. tionem Episcopalem; nam Dalmatius
 Archiepiscopus Narbonensis, ejus Metro-
 polita, ipsum ordinare recusabat, quod
 Marc. V. post suam electionem juramentum Cano-
 Concor. c. 41. nicis de conservatione Bonorum Ecclesie
 Es. 4. Marca præstitisset. Dalmatius sine dubio di-
 Hisp. 466. xerit, Simonie vitio laborasse hoc jura-
 mentum; sed Artaldus contendebat, cum
 nullum pactum Electionem suam præces-
 sisset, nullum Simonie locum fuisse.
 Cumque id præsentis Pontifice juramen-
 to affirmasset, ac ita suspicionem Simo-
 nie removisset, ab ipso Papa Episcopus
 consecratus est.

§. XLV.

Ecclesia Germanica.

In Germania Schismaticorum vires ac-
 cidiebantur. Welfo Dux Bavarie,
 Bertold. an. expugnata Augusta Vindelicorum capto-
 1088. que Sigefrido, illius Ecclesie usurpatore,
 Wigoldum Episcopum Catholicum re-
 stituit, qui eodem anno ex hac mortali
 vita migravit. (*) Episcopus Schismati-
 cus

(*) Hic merito creditur illustrissimus Welfo
 Bavarie Dux, de cujus nomine, posteriore tem-
 pore, illi omnes, qui a Partibus Summorum Pon-
 tificum contra adversantes Imperatores stabant,
 voce Germana, die Welfen, dicti sunt. Idem
 Inclya